

BALDVINVS PRAESVL PADERBORNENSIS.



Baldwin ex nobili familia comitum à Steinfort natus est. Itaque parentes eum in optimis studijs ob egregiam in dolem educandum statuerunt. Cum ergo in literarum & pietatis studio plurimum promouisset, uicesimus octauus Paderbornensis ecclesiæ præfus electus est. quam etiam functionem per uiginti annos gnauiter administravit. Erat enim pius, clemens, iustus, & omnibus uirtutibus praeditus. Fuit is perpetuo in templo, aut subditorum controuersias audiebat. Cum partes audiisset, summo studio eos componere solitus erat. quod si causa ad iudices ferebatur, ipse quiete non poterat, donec audiisset rem optimè compositam. Episcopatum is mirum in modum restituit & auxit.